



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133



Abscondere cupiebant opprobrium Pale-
 stini suae infirmitatis tam pudendae, sed
 coacti non solum fatentur, sed etiam auri-
 aureis & muribus, sempiterno contra se
 testimonio, testes sunt sui opprobrij, quemadmodum
 78 in psal. dicitur, Et percussit inimicos suos in posteriora
 opprobrii sempiternum dedit eis. Hoc est quod 2. Tim.
 3. dicitur, Resistant ueritati, homines corrupti mente,
 reprobis circa fidem, sed ultra non proficiet, Inspicien-
 tia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et ma-
 gorum Pharaonis fuit. Nam & magi Pharaonis Moy-
 si & Aaron nuncijs dei per miracula se conferre ni-
 tebantur, sed tertia plaga senserunt, & confitebantur
 manu esse dei. Qui haec literas sacras & sacra-
 menta ad se traxerunt uel inuita, homines absque fide,
 damnantes alios quasi hereticos, uellent & hodie re-
 tinere, sed plaga confusionis dei & intus & foris ue-
 nit super ipsos, ut uel mundus fateatur eos errasse.

Nunc ergo. Vide quae so diligenter quam per-
 fet scriptura delineare in hac historia impietatem
 illam hypocriticam, de qua supra diximus. Sacerdotes
 & prophetae in Philistin, in speciem pium consilium
 dederunt, ut honoraretur deus Israel confessione eius
 gloriae, ut melius haberet, sed impij sunt, id est absque

fide siue in deum fiducia. Primū qd' omnia ista coacti
 & inuiti faciunt, deinde quod dubitant, & omnem
 populum dubitare faciūt, num deus Isarēl istam pla-
 gam fecerit, cū tamē supra asseruerint deū fecisse q
 percussit plaga Aegyptiū. Hoc est qd' Paulus dicit,
 Nescientes de quibus affirmant. Nam hic expimen-
 tum adhuc quærūt num deus fecerit, aut aliquo alio
 casu acciderit qd' factum est, cū tamē uidissent mani-
 festam dei manū, quæ est una impietas cordis humani
 in illis qui fatentur se nosse deū, factis autem negant.
 Tentāt uero rem manifesto contra naturam miracu-
 lo de uaccis &c. Et cōciderūt.] Quod deo obla-
 tum fuerat, & in quo deus opatus fuerat miraculum,
 nō sibi sumūt Bethsamitæ, sed deo comburunt in ho-
 locaustum, quin & sua sacrificia addunt, quæ tunc
 erāt opa ex fide, id est, grati in deū animi signa.

Ab urbe murata &c.] Significat omnes cōtulisse
 ad quinque anos & mures, non singulas uillas & oppi-
 da singulos anos & mures obtulisse. Omnia hypo-
 critarum munera quæ deo offerūt, sunt iudicio ratio-
 nis aurea & pia, sed ani pudendi sunt & mures uas-
 tantes, quia absq; fide sunt coram deo. &c.

Percussit. De ista curiositate arcam uidendi
 supra diximus, & lex prohibet sub pena mortis, ne
 quis uideat arcam, ne quis ei propius accedat, item
 ne quis introspiciat in sancta sanctorū. Mors tibi

est, & non poteris nō impingere & excæcari ad istā
 lucē inaccessam, ubi tua ratione & sapientia uolue-
 ris metiri quæ dei sunt. Paruulis & stultis se reue-
 lat deus, qui pmittūt deo sua opera & iudicia, sapiē-
 tibus & prudentibus se abscondit. Ro. 11. O altitudo
 & c. Eccli. 3. Altiora te & c. Vide & hic exem-
 plum prudentiæ humanæ, ad alios detrudūt diuinā
 rem quæ ipsis uidetur incōmoda, ueniam rogare nō
 norunt, tametsi populus dei uideantur.

CAPVT VII.



Hic uides abiectum esse locum in Silo oc-
 casione peccati filiorum Eli, ubi hucusq;
 fuerat tabernaculum domini cum arca à
 tempore Iosue. de qua abiectioe loquis-
 tur scriptura psal. 77. & Hieremiæ. 7. ut in deo di-
 scamus herere & confidere, non donis dei quibus-
 cunq;, alioqui peribis illis pereuntibus, Veritas autē
 domini manet in æternum. Quod uero ad histo-
 riam attinet, sic habeto ex scriptura. In terra Ca-
 naan arca primū usq; ad hoc tempus erat in Silo cū
 tabernaculo domini, Inde sine tabernaculo illo Moysi
 erat in Gabaa in domo Aminadab leuitæ, usq; ad an-
 num quo ducta est à Dauid in mōtem Sion. 2. Re. 6.
 ubi tetendit Dauid ei tabernaculū, nō illud Moysi,
 ubi & postea per Salomonem edificatū est templū.